REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 81r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tua dſ ate ſuſpendat. Peccata tua laxando dimittat. criminum tuorum maculaſ abluat. A omni te mali labe detergat. liberet te a omni imminente peccato. Age itaq; iam ut oportet. age ut decet. age ut dignũ eſt. age ut æquum eſt. age ut rectum eſt. Propone ut ulterius non peccet. ne ultra delinquaſ ſtatue. Caue culpaſ tuaſ iterare. caue mala repetere. A dutrium exquo tibi excidiſti non te reuocet. quod deliquiſti non itere. tranſacta mala non repetaſ. Poſt lapſum denuo non delinq̃ſ. non te polluaſ poſt lamentum. poſt pœnitentiæ luctum non redeaſ ad peccatum. Non denuo admiraſ deplorata delicta. nec culpam pro qua ueniã poſtulaſ iterare preſumaſ. nec rurſum faciaſ quod iterum plangaſ. In aniſ eſt pœnitentia quam culpa ſequens coinquinat. uulnuſ iteratum tarduſ ſanatur. Frequenter peccanſ & lugenſ. ueniam uix meretur. Nihil proſunt lamenta ſi replicantur peccata. nihil ualet ueniam amaliſ poſcere. & mala denuo iterare. Perſiſte ergo in confeſſione. eſto in pœnitentia fortiter confirmatuſ. Vitam bonam quam cœpiſti tenere non deſeraſ. propoſitum bonæ uitæ conſerua iam iugiter. Tunc erit perfectum opuſ bonũ ſi in finẽ uſq; duraueritt. Saluſ perſeuerantib; promittitur. premium perſeuerantib; datur. Non eſt ille beatuſ qui bonum facit. ſed qui inceſſabiliter facit. Qui eñ perſeuerauerit uſq; in finem. hic ſaluuſ erit.

Explicit liber primus Incipit liber scd̃s. Ratio

Quæſo te anima. obſecro te. deprecor te. imploro te. ne quid ultra leuiter agaſ. ne quid inconſulte geraſ. ne temere aliquid faciaſ. ne repetatur malum. ne renaſcatur peccatum. ne redeat iniquitaſ. ne recurrat malicia. ne denuo exoriatur nequitia. ne ne reſumat in uſtitia uitiũ

Scito homo temetipſum. ſcito quid ſiſ. ſcito cur ortuſ ſiſ. quare natuſ ſiſ. inquẽ uſum genituſ ſiſ. quare ſiſ factuſ. qua conditione ſiſ edituſ. ad quam rem ſiſ inſcio procreatuſ. Memento conditionis tuæ. eſto quod factuſ eſ. qualẽ te dſ fecit. qualẽ te factor condidit. qualem te creator inſtituit. Serua rectam fidem. tene ſinceram fidẽ. cuſtodi intemeratam fidẽ. Maneat inte recta fideſ. ſit inte incorruptæ confeſſionis fideſ. Nulla te inſipienſ doctrina decipiat. nulla religio peruerſa corrũpat. nulla prauitaſ a fidei ſocietate auertat. Nihil temere dexpo loquatiſ. nihil de dõ prauum uel impium ſentiaſ. nihil peruerſæ ſentiendo